Por el delicto. Ista lex diuiditur in tres partes. ¶ In prima dicit, quod propter delictum viri vxoris non perdit bona sua, nec lucra habita constante matrimonio: nec econtra vir propter delictum vxoris, etiam si commiserit delictum haeresis. ¶ In secunda dicit, quod in his lucris veniunt ea, quae fuerunt acquisita durante matrimonio usque ad declarationem sententiae usque; ad tempus in quo bona fuerunt declarata per sententiam confiscata esse & fisco applicata. ¶ In tertia dicitur istud habere locum etiam in delictis, in quibus poena punitur ipso iure. ¶ Secunda ibi. & mandamos. ¶ Tertia ibi. auctorquel delicto. ¶ Aduerte, quia ante istam. l. domi. doctor. de Pala. in sua repe. c. per vestras. de dona. inter virum & vxo. super rubri. col. 357. versi. predicta sunt intelligenda. mouet istam questionem, dicens, quod si maritus commisit delictum propter quod fuit condemnatus ad certam poenam pecuniariam, vel bona sua veniunt confiscanda, vel sunt confiscata ipso iure, quia forte commisit crimen læse maiestatis, haeresis, vel apostasia, nihil accipietur de bonis propriis vxoris, vel de sua medietate bonorum habitorum constante matrimonio, & hoc, quia vxor non debet pro marito puniri, vel econtra. vt. C. ne vxor per marito. in rubro & nigro. vbi ob maritorum culpam vxores inquietari leges ventant. Vnde si aliquæ res ipsius a fisco occupatae sunt, quas sui dominij esse probauerint, ius publicum exequentur. ¶ Ad idem adducit textum. l. i. C. de priuilegio fisci. & in. l. i. C. ad legem Iulianam. de vi publi. vbi propter delictum viri, vel ciuile munus, res vxoris, quae pignori capiuntur, vim contraferre videntur. ¶ Hinc dicit tex. in. l. si quis post. C. de bonis dānatorū. & ibi doct. & Bal. quod marito deportato res paphernalies vxoris, & dos eius, non debet fisco incorporari, nec etiam donata vxori, nec etiam donata emancipatis liberis. de quo etiam latet. And. Sicut. in. cap. ex literis. de pigno. ¶ Ad idem facit tex. in. l. cum duobus. §. fi. ff. pro socio. vbi si unus ex sociis commisit delictum, de quo fuit condemnatus, talis condematio de communis solui non debet, sed solum de bonis ipsius delinquentis. ¶ Est etiam tex. cum glo. in. l. quod quis ff. de regulis iuriis. tenet Bal. consilio suo incipienti. In Christi nomine amē. proponitur quosdam. vbi dicitur, quod socius non tenetur ad damnū societatis commissum culpa socij. de quo vide tex. qui hoc probat in. l. 2. & 7. ti. 10. quinta partita. tenet Bal. in. l. cum patruus. C. communia vtriusq. iudi. ¶ Quod intellige verum, nisi delictum committeretur super defensione rei communis, vel vxoris tantum: quia si ma-

ritus in defensione non seruauit omnino metas de fensionis, & propter excessum fuit condemnatus in certa quantitate, sicut solutio poenæ de rebus communibus, non de bonis mariti tantum. ¶ Ad quod bene facit dictum Iuno. in capi. sicut. el. 2. versi. in societate. tamen secus est de iure iurian. vbi dicit, quod socius debet participare de damno & labore casus aduersi aduentus alterius socij. tenet Bald. in marg. in parte, socius. versi. 2. & l. cum duobus. §. quidam sagariam. & ibi Barto. ff. pro socio. & l. socium. §. socius. vbi idem Barto. eo. titu. Bald. in dicta l. si patruus. 2. colum. versi. si. & prædicta sunt vera. C. communia vtriusq; iudi. ¶ Adde etiam huic legi glo. notandam in lege. cum duobus. §. Papinianus. versi. non redigitur. ff. pro socio. quam ad hoc multum commendat Ioan. de Imo. in lege. cum filius familias. 3. colum. ff. de verbo. obliga. Alexan. in dicto. §. Papinianus. vbi dicitur, quod si unus ex fratribus, qui sunt in communione, fuit cōdemnatus propter delictum a se commissum, quod illud debet solvere de suo proprio, non autem de communione. ¶ De materia vero istius legis vide in. l. 9. titu. 21. septima partita. & per totum titulum. C. ne vxor pro marito. & in l. obseruare. §. proficiisci. ff. de oī. procon.

4 q. ¶ Cometen. Idem dicendum est, quod in delicto unius fratris, quia non nocet alteri fratri in portione innocentis. vt per Bald. in. l. eam quam. 3. colum. C. de fideico. ¶ Idem in delicto, quod prælati, qui non nocet ecclesia. vt per Bal. in. l. meminerint. C. vnde vi. & cap. si episcopum. §. fi. 17. q. 6. ¶ Contrarium notatur in lege. iubemus nullam. C. de sacrosanct. ecclie. tenet Bald. in præludiis feudo. ultima colum. & in cap. uno. qualiter dominus a proprio feudi. priue. ¶ Sed tu intellige quod dum vivit, nocet ecclesia in feudo, non post mortem suam. teneat docto. & Archi. in capi. verum. de foro compere. probatur in cap. si clericus. de capellis mona.

6 ¶ Item, quod in delicto unius de vniuersitate, non nocet aliis. tenet Barto. in. l. sed si haec. §. qui manumittitur. ff. de in ius voca. ¶ Ratio est pro tanto, quia delictum unius non nocet alteri, nec debet nocere, etiam ex præcepto testatoris. Casus est secundum Bald. in. l. pater familias. ff. de heredi. insti. ¶ Item dicimus, quod in delicto non egreditur personam eius, contra quem commissum est. vt. l. 3. & ibi Barto. ff. de his quibus. vt. indig. ¶ Item, quod delictum patris, non nocet filio. Quia licet bona patris publicentur, non publicabitur legitima filiorum, quae si bi debetur iure naturæ. vt. l. cum ratio. ff. de bonis dānatorum. eo. titu. notatur in cap. Rainucus. de testament. ¶ Hinc est, quod si pater committit heresim, & vt hereticus condemnetur, eius filii catholici non priuantur legitima sua. vt. l. manichæos. & lege quicunq; C. de hereticis. & l. 3. titu. 26. septima partita. ¶ Tamen ista iura hodie sunt correcta per cap. cum secundum leges. de hereticis. libro. 6.

7 ¶ Item, quod si pater committit heresim, & vt hereticus condemnetur, eius filii catholici non priuantur legitima sua. vt. l. manichæos. & lege quicunq; C. de hereticis. & l. 3. titu. 26. septima partita. ¶ Tamen ista iura hodie sunt correcta per cap. cum secundum leges. de hereticis. libro. 6.

cui standum est. cum sit crimen ecclesiasticum. capitulo. ut inquisitionis. §. prohibemus. eodem titulo. & libro. notat dominus Abbas. in capitulo. i. de officio ordina.

9. ¶ Et † quanvis bona publicentur & applicentur domino temporali. dicunt aliqui. quod is. qui succedit in bonis hereticorum. saltem de quadam aequitate & humanitate deberet eorum filios alimentare. vel aliquid pro alimentis relinquere. Quidam ex quo geniti sunt. non sunt perdendi: & cum vita sibi relinquatur. quam sine victu conservare non possunt. iustum esse dicunt ut alimentari debeant. vel aliquid pro alimentis concedi.

¶ Vidimus enim. quod reprobantur in iure successiones in filiis clericorum quo ad ipsos clericos. sed ius canonicum pie considerans respectu alimentorum fecit eos ad aliquid ex successione seu donatione parentum capaces. ut capitulo. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium. quam polluit per adulterium. Et sic pium. et humanum esse dicunt. quod fiscus. seu dominus temporalis aliquid istis pro alimentis daret. aut tales ad alimentandum recipere. Ita dicebat Ioannes Lupi. decanus Segobiensis in suo tractatu heresies. questione. 19.

Infer. Ex quo si verum est. infert dominus doctor de Pala. in repetitio. capitu. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. super. c. colum. 361. versic. ex quo. &c. qd quemadmodum fiscus. aut dominus temporalis. qui successit in bonis heretici tenetur filios alere. sic teneretur filias dotare. ex quo dos succedit loco alimentorum. Et idem dixit tenere Bald. in lege. finali. 2. colum. versic. et idem dico. C.

Extensio. de dotis promi. ¶ Idem dicit si bona sint confisca ta ex forma statuti. quod fiscus teneatur dotare filiam ex bonis confiscatis. per legem. insulam. in principio. ff. soluto matrimonio. ¶ Et omnium istorum ratio pendet ex naturali vinculo. quo pater tenetur ad dotandum. ut lege. obligamur. §. lege. ff. de actione. & obligatio. ¶ Et bene ad hoc facit notabile consilium Pauli de Cast. 13. vbi eleganter decidit. patrem teneri ad dotandum filiam: quae obligatio in heret bonis eius. & transit cum eis quocunq; vadant. ut ibi per eum.

¶ Pro extensione tamen istius legis. & legis. 8r. in 10. fra. in quantum dicunt. cometiere. nota. qd † quando lex. vel statutum. loquitur per verbum. comedieren. vel committo. ut puta. si commiserit homicidium. ex proprio significato comprehenditur tam mandans quam faciens. Istud fuit singulare dictum Sali. in lege. non ideo minus. 12. colum. ver. & hæc iura. C. de accusatio. & dicit illum esse vnu intellectum ad. capi. mulieres. de senten. excom. allegat tex. & glo. & do. suum Richar. de Sali. in lege. & si amicis. ff. ad legem iuli. de adulte. & glo. & do. in l. non dubium. C. de legi. & cu illo dicto transiit Ludo. roma. in lege. si quis pro emptore. ff. de vnu. refert & sequitur And. Sic. in repe. rubrica

de fide instru. 18. col. Et lögè miratur de his. qui nō viderūt Albe. de rosa. in tracta. statuto. in tertia parte. q. 40. tenet Domi. per illum tex. in ca. 1. de consti tutione. lib. 6. quod nota.

¶ Quero pro istius tex. elucidatione. An per delictum mariti bona eius obligata pro dote confisetur. Ista quæstio videtur determinari ex hac decisione. scilicet. si debitor commisit delictum. vtrum rei pignorat in iusto creditore poterit fieri vastum. an prius debeat solui creditori. Cy. simpliciter recitat in l. pignus. C. de pigno. actio. tenere Iacobum de Are. quod creditor non potest impedire vastum. si post vastum remanet tantum. quod sibi sufficiat. Pro quo ipse Iacobus de Are. allegat. seu inducit textum in l. i. §. seruus. ff. ad Sille. vbi Bar. putat cōtrarium. Nam creditores preferuntur pœnis fiscalibus. vt l. i. pœnis fis. creditores pœfe. li. 10. & l. quod placuit. ff. de iure fis. Et respondet ad dictum. §. seruus. vbi Baldus ait. quod si hoc dictum Bar. est verum. sequitur. quod vxor. quæ habet omnia bona mariti obligata pro dote. potest defendere. quod non fiat vastum in aliqua re mariti. Qui Bald. postquam in d. l. pignus. scriptit dictam opinionem Bartoli. subdit rationem. quia non debet delictum debitoris officere securitati creditoris. qua ratione vxor potest defendere. ne fiat vastum in rebus mariti delinquentis. Ita Baldus ibi. quod est menti tenendum secundum eundem in d. §. seruus.

¶ De heregia. concordat capit. decreuit. de hereticis. lib. 6.

Adde. ¶ An vxor heretici tenetur cohabitare cum viro heretico. tex. in dicto ca. decreuit. de hereti. in sexto. dicit qd sic. quia non soluitur matrimonium hac de causa. ut in capitu. 2. de diuor. capitu. cum coniugia:

11. 32. q. 1. ¶ Propterea vxor † non punitur. si maritum dilipientem receptat in domum suam. quo dpatet per dicta iura. ¶ Quod est verum. nisi forte inhibeat per iudicem ei. quod non cohabit et. et quia forte cohabitatio eorum erat in contumeliam creatoris. ut capitu. gaudemus. de diuor. tenet Andreas de Isernia in sua peregrina super prima constitutione Neapo. in rubrica de receptione Batrenorum. nu. 5. folio. 12.

¶ Et si forte lex vel statutum dicit. quod vxor teneatur pro viro. vel econtra. debet intelligi ciuilter. non criminaliter. Ita dicit And. Sicu. in capitu. quod quibusdam. in fine. de fideiulso. Alex. 3. parte consi. 1. col. 3. propterea dixi. aliqua super hoc in l. sexagesima prima. supra. ¶ Anto. de bu. cōsilio. 6. nu. tertio. dicit. qd delictum mariti non nocet vxori in dote. nec factum mariti obligat dotes erupta causa primipilarij. l. 2. C. de primi. l. fatis. C. in quibus cau. pig. tacite contra.

¶ Todo lo multiplicado. Ex his verbis cum dicit. todo esto. notandum. qd si cōstante matrimonio aliqua

aliqua bona consolidantur, & redeunt ad dominium coniugum ex causa emptionis, vel ex alia causa, mulier debet habere partem de his consolidatis, quia censentur alia à rei proprietate. Ista fuit conclusio notanda Ioan. Fabri in. §. si cui per illum textum. insti. de lega. quem refert gl. in lege prima. in parte, pormedio. in fine. titulo delas ganacias. foro legum. cui addit eundem Ioa. Fabri super rubrica inst. in. §. alamanicus, qui idem tenuit per illum tex. ¶ Et quid in rebus emptis per maritum nomine vxoris & causa retractus. vide quae dixi in lege septuagesima. glo. prima. versi. sed quia.

Ley. lxxvij.

LA muger durante el matrimonio por delicto pue da perder en preoé todo sus bienes dota tex. ¶ Et quid in rebus emptis per maritum nomine vxoris & causa retractus. vide quae dixi in lege septuagesima. glo. prima. versi. sed quia.

Summarium.

- 1 *Vxor propter delictum an poscit in totum perdere dotem, & alia bona.*
- 2 *Mulier coniugata quibus casibus amittat bona dotalia propter delictum.*
- 3 *Maritus, a quo auferitur dos propter delictum vxoris, an tenetur alere vxorem.*

LA muger. Brevis est, ideo non summatur. Est tamen notandum ex ea, quod mulier coniugata potest in totum, vel in parte, dotem perdere propter delictum.

Adde. ¶ Pro ista lege. vide Alexan. 3. parte consi. 88. in principio. quia allegat plures concor.

Qualiter dos et alia bona mulieris non possunt confiscari, dicit Ale. vbi supra.

- 2 *Sed quero, quibus casibus mulier coniugata propter delictum amittat bona dotalia. Vide tex. in lege. quinque legibus. ff. de bonis damnato. quae dicit, quod propter delictum maiestatis Iuliæ & vis publice, parricidij, beneficij, de sicariis. Item adde propter crimen heresis. vt dicto capit. decreuit. de hereticis. lib. 6.*

Limita. ¶ Quod est verum, nisi esset patrum inter maritum & vxorem de lucrandâ dote, quia tunc his casibus dos non confiscatur constante matrimonio, tenet glossa. & Barto. in dicta lege. quinque legibus. vbi etiam dicit, quod quando fiscus propter delictum vxoris occupat dotem, maritus, qui ex pacto, vel statuto lucratur dotem, potest agere contra fiscum, & summatim probare matrimonium, dotem, & pactum, vel statutum, & consequetur à fisco partem lucri praedictæ dotis. pro quo adducit. l. dos. §. à reo. ff. de iure fisci. Idem tenet Petrus de Anchar. in dicto capit. decreuit.

¶ Quero etiam. dos vxoris propter delictum fuit publicata, nunquid tempore sententiae debeat dos auferri de manibus mariti, an debeat fiscus expecta-

re mortem vxoris. Videtur quod sic, quia dos durante matrimonio debet esse penes maritum ad orientem matrimonij sustentanda. vt. l. pro oecibus. C. de iure dotium. ¶ Item delictum vxoris non debet nocere viro. vt. l. supra proxima, vbi dixi. sequitur ergo, quod dos constantie matrimonio debet esse penes maritum ad aliquid vxorem, quia non ipse de suo teneatur eam alere. ¶ Sed te

contra.

Ley. lxxix.

ORdenamos y mandamos que las leyes de

& Petrus de Anchar. in dicto capit. decreuit. & Alber. de Rosa. in. 3. parte statutorum. q. 4. s. & 6. & an in præiudicium patris dos filie possit publicari, vide per doctores in lege. si finita. §. si vestigialibus. de damno infec. per textum in authentica qui contra. C. de incels. nup.

- 3 *Sed quero, tan maritus, a quo auferitur dos propter delictum vxoris, teneatur alere vxorem. Vide quae dixi de vxore, & de patre quo ad filium, & econtra in lege. 10. in parte. alimentos. supra. Et tene quod sic, quia & vxor tenetur alere virum bannatum. vt per Bar. in lege. si constante. §. q. & s. col. ff. so. trimonio. tenet Bald. in Spe. de donatione, inter vi rum & vxorem. ver. penult.*

Summarium.

- 1 *Doctor, an poscit in carcere pro debito.*
- 2 *Miles, an poscit in carcere pro debito.*
- 3 *Minor, an poscit in carcere.*
- 4 *Debitum quando dicatur descendere ex delicto.*
- 5 *Miles fugiens cum mercantibus, vel debitis creditorum, an amittat privilegium militare.*
- 6 *Tutor, vel curator fugiens cum rebus pupilli, an committit fursum.*
- 7 *Delictum, & crimen, in quibus differant.*
- 8 *Carcere, an differt a custodia.*
- 9 *Iudex, si præcipit custodi carceris aliquem custodiri, an debet illum incarcerare.*
- 10 *Miles fideiussor pro milite in criminalibus aufugiente a carcere, an poscit in carcere.*

ORdenamos. Non summatur, quia brevis et clara.

¶ Las leyes. Ut sunt lex. q. & quinta. tit. de los hijos dalgo. in ordinamentis.

¶ An ista lex cum similibus possunt

Adde. remuntrari. glo. in authenti de exhibe. reis. in. §. suscepto. prope medium gl. collatio. §. tenet q. sic. & bene ad hoc facit. l. si quis in conscribendo. C. de episcopis & clericis. & lege. si quis in conscribendo. C. de paestis.

¶ Sed vide multa pro & contra per And. Sicul. ff. e. lator. de pigno. per totam literam.

limita. v. ¶ Otras personas de quibus in l. 62. supra.

Adde. ¶ Quero dicitur hic, otras personas, an frater illius, pro quo est pronuntia tum debere gaudere priuilegio militari, sine alia probatione debeat etiam gaudere dicto priuilegio. Textus in

lege. 48 edita in curiis de Madrid anno domini. 1534. die. 12. mensis Decembris mouet istam questionem, & procuratores regni petierunt, q[uod] gaudenter fratres illius, pro quo data fuit sententia: attamen Imperator non respondet, praterquam, q[uod] super isto articulo seruatur iura regni. Sed q[uod] frater illius, pro quo data est sententia debeat gaudere priuilegio militari, facit singulare dictum Ang. in authen. vt liceat matri & auie. in s. ad h[oc] autem collatio. 8. vbi dicit, q[uod] si sunt plures fratres nati ex eodem patre, & pronuntiatum est, vnum esse ciuem Perusij, intelligitur esse pronunciatum omnes esse ciues Perusinos. ¶ Et nota, quia per istam legem multa limitantur iura dignitatis, q[uod] doctores non possunt incarceratedi. vt dicit Alexand. in lege. i. C. de cesso bono. in additio. ad Bald. & in lege medicos. C. de professo. & med. lib. 10. quia intelligitur, nisi debitum descendat ex delicto, vel quasi. ¶ Item limitatur textus in lege. nemo carcerem. de exacto. tribu. lib. 10. iuncta lege. qui solidum. s. 1. de legatis. 2. vbi dicitur, quod minor non potest incarceratedi pro debito pecuniariorum. ¶ Item limitatur lex styl. 99. quae dicit, q[uod] pro expensis potest quis incarceratedi, quia intelligitur nisi sit miles, doctor, vel minor, tamen qui incarceratedi non possunt pro tali debito per supradicta. nisi illud descendat ex delicto, per istam legem. ¶ Et vide Andre. Sicut. in c. lator. in fine. de pigno. vbi dicit, an milites nostri temporis possint incarceratedi pro debito contractus & ultimae voluntatis. & allegat Bart. in l. 1. C. qui bonis cede. po. vbi tenet, q[uod] non. dicit tamen q[uod] non intelligitur in militibus piratis, qui dicuntur militare sicut catulus in sylva. vide ibi per cum. & tene quod in l. ista dicitur.

⁴ x. ¶ Descendiere de delicto putat si res fuit deposita penes aliquem, & vtitur ea contra voluntatem deponentis, vel quia negat depositum: licet depositum sit actus civilis, yfsus tamen depositi est delictum, quia committit furtum. & condemnatus efficitur infamis. vt in c. i. & ibi scribentes. de deposito. iuncta l. qui depositum. C. co. titu. ¶ Idem in creditore vtete pignore contra voluntatem domini, quia committit furtum. Et ad hoc pauci, & minus bene, animaduertunt. vt l. si pignore. ff. de furtis. tenet Matthæ. de Matthesilani singulari suo. 60. & ponit exemplum in clericis in sacris, qui licet capinon-

possit pro debito ex contractu à iudice ecclesiastico, secus dicit si esset debitor ex delicto vel ex contractu occasione depositi, vt quia contractauit depositum. vt in c. i. deposito. & ibi doctores.

¶ Sed ista exempla non bene conueniunt huic legi, quia loquitur in casu, quo debitum descendit ex delicto, non ecôtra quâdo delictum descendit ex debito. ¶ Ideo ponit exemplum in casu. l. 2. tit. delas in juriis. ordi. & l. 2. co. ti. fo. le. nam illa poena pecuniaria descendit ex delicto: q[uod] omnis poena, quæ applicatur fisco, dicitur criminalis. text. & ibi Bartol. in lege agraria. ff. de termi. mo.

¶ Idem † dicimus de mercatore fugienti cum mercantiis, vel debitis creditorum:

qui licet sit miles, non iuuatur priuilegio militari. vt habetur in lege. 3. edita in ciuitate Segobia anno domini. 1534. ¶ Et est ratio. nam fui-
giendo, vel se latitando, committit furtum: immo vi-
detur creditores depredare. vt ibi. ¶ Idem † in tu-
toribus. & curatoribus, & aliis eadem vel similia fa-
cientibus. vt l. 1. ff. de falsis. cù simi. ¶ Verum tam
est, q[uod] etiâ in superioribus ex epis. & casib[us] milites non gaudent priuilegio istius legis cum simi. vt pro debito carcera non possint, quia delictum commit-
tunt. ¶ Delictum † tamen & crimen in quo diffe-
runt, vide per glo. in lege. i. C. si aduer. delic. & Ioá.
And. in regula. peccatum. de regu. iuris. lib. 6. & ibi
per Dynum. & in additio.

y. ¶ Presos. Quero hic de quæstione. Iudex præcepit q[uod] aliquis detineatur sub custodia: an custos carceris debet eum mittere in carcerem. Dic q[uod] no[n] per gl. quâ ad hoc reputo celebrem in l. ages. de cupressi s.

8 lib. 12. vbi dicit † q[uod] aliud est mittere in carcerem, & aliud sub custodia detinere. & hoc vult ibi Bart. se-
quendo eam. & facit secundum eum. l. 2. de exactoribus

tribu. lib. 10. ¶ Et ex hac l. iuncta lege supradicta no[n]
tari potest, & insertur, q[uod] carcere aliud est, & aliud custodiare. ¶ Itaq; si tunc reus vel debitor ar-
fugit, non tenetur custos carceris. ¶ Sed in contra rium

videtur tex. in l. aut facta. s. solent. ff. de quæstionibus. vbi dicitur, q[uod] carcere fit ad custodiam. ad idem. l. 1. de priuatis carce. & l. incredibile. C. de pœnâ.

¶ Quod est verum, vbi est pœna certa pro delicto: se-
cus vero vbi nulla esset pœna certa, quia tunc dice-
retur carcere ad pœnam, non ad custodiâ. tex. est. in l. se-
natus. ff. de iniuriis. & in lege. i. s. ff. de alacatori. &
Bart. in dicto. s. solent. & in lege. imperiurn. ff. de iuris-
ditio. omnium iudi. & hoc de iure civili. Sed de
iure canonico dicit, quod ad pœnam. vt est textus in
capitu. quanvis. de pœnis. libro. 6. tenet Ludouic.

Rom. no ta. 7. ¶ Si tamen † iudex dicit custodi car-
ceris

ceris, q̄ diligenter custodiat deprehensum, vel captum, tunc debet cum custos mittere in carceribus. glo. est celebris in l. i. §. fi. iuncta theorica Bal. ff. de seruis fugi. probatur optimē in c. super eo. in versu retineri facias diligēter. de cri. falsi. per quod datur intellectus ad legem diuīus. ff. de offi. p̄fisi.

Questio Adde. *V* Quid

io. *Adde.* † si miles prop ter delictū fuit incar ceratus, & sub fideiū foribus relaxat⁹, qui aufugit, an fideiū for si sit miles debeat pro eo incarcere & puniri. Et videtur q̄ nō nam fideiū for miles non videtur deliquisse, & ex propria persona potest exceptionem proponere. sicut dicimus in defensore. vt. l. si procurator. §. 2. ff. rē ratā habe. tenet Bal. notabiliter in. l. quotiens. C. de precibus imper. offe. & in. l. tam mādatori. C. de non nume. pecu. & l. 2. C. de pactis. *V* Contrariū est verum, nam potuit se obligare, per ea, quæ dixi in. l. 66. glo. i. in ver. idem est dicendum. supra.

Contra.

Summarium.

- 1 *Maritus, qualiter, & quando potest accusare vxorem adulteram.*
- 2 *Maritus accusans vxorem de adulterio, an debeat probari qualitas ista, scilicet, quod est maritus.*
- 3 *Vxor sicut potest accusari a marito de adulterio, ita & ipsa possit accusare maritum de eodem adulterio.*
- 4 *Testis deponens super adulterio, si dicat, Talis iacuit cum tali muliere, idem sit, ac si dicere, Talis adulteravit vxorem illius.*

Corri.

E L marido. Non summatur, quia breuis, & satis in se summatur. *V* Et nota, quia per istam legem hodie corrigitur. l. reos. C. de adulte. & l. si maritus. §. fi. & l. vim passam & l. nihil. co. ti. ff. & lege. 2. circa finem. titulo delos adulte. in ordinamē. vbi dicitur, quod adulter & adultera non possunt codē libello accusari. *V* Et approbatur lege. l. co. titu. foro legum. *V* Ex quibus legibus habes hodie, quod adulter, & adultera possunt, & debent codē libello accusari, non solum ad thori separationem, vt per glofam singularem in capit. statuit. 2. q. 5. sed etiam si accusarentur ad infligendam pœnam temporalem & corporalem. *V* Et nota prædictam glofam, quia de ea facit magnum festum Ludo. Roma. singulari suo. 272. & A lexand. in additio. ad Bartol. in leg. si maritus. l. a. 2. §. qui in viduitate. ff. de adulteris.

Questio Adde. *V* Et nota, q̄ t̄ qualitas ista, s. q̄ est ma-

debet sequi absolutio secundum Iaco. de Are. in. l. 2. C. de probatio. tenet Io. And. in additio. ad Spe. in ti. de accusa. & inquisitio. in rub. per Bar. in. l. denunciasse. §. quid tamē. ff. de adulte per. Bald. in. l. 1. C. qui accusa. non po. & in. l. edita. in repeti. C. de

eden. dixi in. l. 70. su los aya de acusar. o a pra in glo. super parte de patrimonio.

V Ley. lxxx. *Q* uero. maritus pe percit vxori sue de adulterio commissi; sed mulier iterato adulterium commisit, an possit eam maritus de adulteria accusare. te ne quod sic, per text. in. l. 9. tit. 17. septima

3 partita. *V* Item quæro † an sicut maritus potest accusare vxore de adulterio, & adulterante cum ea, ita & vxor possit accusare maritum, & adulterante cum eo. Dic q̄ potest de iure canonico ad separatio nem thori, non tamen criminaliter. Primū notatur in. c. gaudemus. de diuor. & in. c. ex literis. codē tit.

Secundum patet in. l. i. tit. 17. septima partita. & in. l. i. vbi gl. & doctores. C. de adulte. *V* Sed quia dixi q̄ mulier non potest criminaliter accusare maritum de adulterio, est verum, nisi in casu, quo vxor prosequeretur suam vel suorum iniuriā, putā, quia maritus cōmisit adulteriū cū vxore filij ipsius mulieris nati ex alio matrimonio, vel cū vxore fratris ipsius mulieris. tenet notāter Sali. in. l. i. C. de adulteris.

V **A** ambos. Intellige codē libello, vel si in diversis codem tempore: quia dato, q̄ possit illos occidere, debet vtrūq; in continēti occidere vno istu, vnoq; impetu, & æquali ira aduersus vtrung; sumpta: vt. l. quod lege. §. quod ait. ff. de adulte. *V* Et per hoc corrigitur. l. si maritus. §. fi. & l. nihil interest. & l. vim passam. ff. de adulteris. *V* Qualiter debet ambos occidere, vide legem styl. 9. 4. & l. i. cum tribus sequentibus. tit. 4. lib. 3. foro juzzo.

Fallit.

Corrigit.

V num tene in materia, † quod si te par est dicere, talis adulterauit vxorem alterius, vel iacuit cum illa. glo. est notabilis in lege Gaij. ff. de fideico. libe. pro qua tu adde text. in cap. i. de adulteris. ibi dum dicit, dormitaueritq; cum ea.

Summarium.

- 1 *Vxor, & sponsa de presenti etiam putat iure, an possint de adulterio accusari.*
- 2 *Vxor propter adulterium, an, & quando perdit dorem.*
- 3 *Vxor, quæ nos est adulterata, sed osculum tantum præbit extreco, qua pœna puniatur ipsa, & osculans.*
- 4 *Vxor, que pernoctauit extra domum viri, an perdat dorem.*

- C** & alia bona.
S Bona paraphernalia que dicantur.
6 Maritus an lucetur dotem et alia bona propter adulterium.
 Vxor, si vxor habet filios ex alio matrimonio.
7 Vxor accusata de adulterio, an debeat alimentari pendente lite.
8 sponsus, an conspellatur ducere sponsam de futuro per vim, & gemitam.
9 osculans virginem per vim, qualiter puniatur.

S I alguna muger. Vxor, vel sponsa de praesenti adulterantes, possunt de adulterio accusari. Nec obstat si opponatur de nullitate matrimonij: eo quod contrahentes sunt consanguinei vel affines intra quartum gradum: vel quia alter contrahentium promisit castitatem, vel religionem intrare. hoc dicit.

G Vel aliter & breuius. Vxor & sponsa de praesenti etiam putatiue, possunt de adulterio accusari.

R emouet. **A**duerte. quia per istam legem remouetur maxima cōtentio dudum orta inter doctores iuris canonici & ciuilis, de quo late per glo. in. c. plerunq;. super parte, non valebit. de donatio. inter virum &

2 vxo. vbi t̄ queritur, si mulier propter adulterium amissit dotem, deinceps probatur consanguinitas inter eos, & pronunciatur matrimonium nullum fuisse inter eos, à quo mulier repeatat dotem tanquam non commiserit adulterium. Allegat pro & cōtra. Tandem cōcludit, quod non recuperat dotem: quia principium debet considerari in talibus, & non exitus, ut per hoc, ex alteris audacia auferatur. **E**t ista glo. sequuntur Inno. Hosti. & Goffre. Ioan. An. & Abb. & ceteri scribentes in. d. c. plerunq;. & Sali. in. l. consensu. in ver. querit glo. de ratione affinitatis. C. de repudiis. & hoc dicit in quantum se remittit ad nota-

C ontra. ta per glo. in. d. c. plerunq;. **G**lossa tamen in. d. l. cōsenso. in parte, sibi habere prope medium. in ver. item quid dices. tenet contra p. tex. in authē. de nuptiis. s. si vero ab initio. collatio. 4. & idem tenet Petrus de Su. in. l. 1. C. de conditione ob cau. &

Ange. suo malefi. tract. in parte. che me ay adultere. col. ver. item limita. **E** Bar. tamē tenet primam opinionem in lege. si vxor. s. sed si ea. per illum testum ad hoc facti notandum. ff. de adultere. ibi dicit tex. in ver. plane. siue iusta fuerit vxor, siue iniusta, accusationem instituere vir potest. Hanc cādem conclusionem tenuit Pau. de Ca. cōsilio. 119. vbi dicit,

Inf. quod adulterium etiam vxoris putatiue facit dotem perdi. **E** Hinc dicit Bar. in. d. s. sed si ea. quod si accusas aliquem de adulterio iure extranei, ad hoc vt puniatur de adulterio, sufficit te probare, quod illa mulier habebatur & tenebatur ut vxor, non enim requiritur quod vere sit vxor. Et ex hoc etiam dicit tex. notandum in. l. si cum dotem. s. fi. ff. soluto matrimonio. & Bar. in. l. si concubinam. ff. rerum amo. & in. l. de iure. s. fi. ff. ad munici. quod matrimonium putatiū habet omnia priuilegia veri matrimonii.

Inf. **H**inc etiam dicit glo. in. l. qui contra, in parte,

vendicari, in fine. C. de iteclis nup. & ibi Cinus. 4. oppo. & glo. in. l. dotale. s. heredit. ff. de fundo dota. & in. s. itaq;. inst. de nup. & glo. in. l. penul. s. in. Lianus. alias in. s. an etiam. ff. quod salio. tuto. au. & in. cap. & si necesse. de donatio. inter virum. & vxo. qd. in matrimoniu si non tenet, non potest repeti quod datum est, sed hisco applicatur. Et si ultra rationes supradictas scire desideras quare mulier non iuatur ista exceptione, dic quod dupli ratione. **P**rimo si se ignorante cōtraxit cum consanguineo. & c. ipsa ut vera vxor adulterium cōmisit, quia delicta procedunt ex corde. ut habetur quasi per totum titulum de homicidio. & sufficit quod sua ignorantia eam excusat a poena legis. qui contra. C. de secun. nup. & a pena cle. yniq;. de confan. & affini. si tamen scienter per dicta iura maiori pena debuit puniri. quia fraus & dolus non debent alicui patrocinium impartiri. vt. c. sedes. in fine. de rescrip. **E**Item non excusat, quia dedit operam rei illicitar. & in hoc nō est dubium hodie per istam legem. Vide tamen de isto matrimonio putatiuo Pau de Ca. in. l. si cum dotem. in. s. si mulier. el. 2. & in. l. sequenti. ff. solu. matri. plenē. per totum titulu. 17. & 18. septima partita. **S**ed quārō circa istam legem de questio. Quāstionē, quae videtur satis notāda, & eam in factō habui, & obtinui. Quādam puella nomine Catharina inuita & reclamante fuit desponsata quidam Paschafio per vim, nec in eundem Paschafium postea aliquo modo cōsensit: ipsaq; adamauit intātum quendam adolescentem, quod eidem se carnaliter copulauit: quod peruenit ad aures prædicti Paschafij, & ipse hoc cognito, ipsos adulterantes de adulterio accusauit, iuxta formam textus in. l. supra proxima. Ipsa quidem Catharina opposuit ex aduerso non esse matrimonium inter eos propter defectum consensus, & quod ita nō poterat accusari à se pedito Paschafio. quia vir & vxor non erāt. quod etiam opposuit ipsius adamasius, quarebatur, an ista exceptio excusat eos de adulterio. Et in questione fuit visum aliquibus aduocatis non parū scientibus, quod ista exceptio non excusat et hos adulterates à poena adulterii, his rationibus. **P**rimo, quia si matrimoniu opp. fuit nullum inter istam Catharinā & dictum Paschafium propter defectum consensus, ista lex dicit, quod si matrimonium sit nullum propter impedimentum consanguinitatis, mulier adultera potest de adulterio accusari. Secundō ista lex dicit, o por otra cosa. sentit enim, ut non solum quod si matrimoniu est nullum propter impedimentum consanguinitatis, sed etiā si sit nullum ex alia causa, i. propter defectum consensu possit mulier adultera accusari. **T**ertiō ad ducebant in medium verba istius legis, in quantum dicit, puer por ellis. s. adulterantes no quedo. &c. Quasi dicat, quod ista l. respicit odium adulterantium, non opus contrahentium. **S**ed ego contrarium tenui, & nunc affirmo meām opinioneām sequentibus modis. **P**rimū per istam legem, quae si be-neponde-

ne pōderetur, pr̄̄supponit cōsensum interuenisse in matrimonio cōtracto inter hos cōsanguineos, qđ probatur inquātum dicit. estādo desposada por palbras d̄ presente. quę verba, vt dixi, pr̄̄supponūt consensum: sed in sp̄̄salibus cōtractis per vim, vel per metū, deficit consensus, nam metū, vel coactio, excludūt consensus. vt.c. cū locū. de sponsa. cum simili. adeo, qđ sine ipso cētra frustrātur, vt ibi, & in. c. tua nos. in fine. eo.ti.&c.f. de despō. duo. & ad substātiām vīculi matrimonialis requiritur, sicut sufficiit consensus. vt.d.c.i. &.c.cū apud. de sponsa. Ideo vbi deficit cōsensus, non est matrimonium: & si non matrimoniu, nō est adulteriu, quia adulterium committitur cum coniugata. iura sunt clara, ideo. &c. Pr̄̄terea tu habes, qđ cōtrahens scienter cum consanguinea in gradu prohibito, vel cū moniali, incidit sententiam ex cōmunicationis ipso iure. vt cle. vna. de cōsan. & af- fini. & licet matrimoniu inter tales sit nullū, vt ibi, & in. c. non debet. eo.ti. volumine decretaliū. & in cap. cū inhibitio. de clan. despō. et in.l. ista, nihilo minus cōtrahentes separari nō pāt sine indicio eccl̄iae: etiā si impedimentū sit notoriū, & hoc, quia libēter cōtraxerūt. tex. est vnic⁹ secundū Ab. ibi in. c. porr̄. de diuor. & est ratio, quia inter taliter cōtrahentes oritur publicæ honestatis iustitia, vt ibi. qđ non est in cōtrahētibus matrimonia p̄ vim: quia inter eos nō oritur publica honestas. vt.c. vno. de despō. impube. li. 6. & c. acceſſit. eo. tit. volumine decretaliū. vbi tex. fatis notāter dicit. qđ sp̄̄falia nulla ex defectu cōsensus nō crēat publicæ honestatis iustitiā, qđ tale matrimoniu est nullū pp defectū consensus, quod est speciale. vt tenet Abb. in. c. veniēs. el. 1. & 2. & c. cum locū. et. c. ad id. de sponsa. Hinc etiā notāter dicimus, qđ tenet secundū matrimoniu, non obſtāte primo per metū cōtracto, nulla petita reſcission prioris: vt est textus in. c. significauit. de eo qui duxit in matrimonio. & in. d. c. veniens. el. 2. de sponsa. & in. l. si pater. ff. de ritu nup. & ibi dicitur, qđ matrimoniu inter inuitos non cōtrahitur. qđ non est inter contrahētes in gradu prohibito, quia inter eos, ex quo pr̄̄cessit consensus, est matrimo-

nium putatiū, & oritur ex tali matrimonio publi- ca honestas, nec possunt separari sine iudicio eccl̄iae, vt supra dixi. Iō poena apposita aduersus cōtrahentes in gradu prohibito, non extēditur ad cōtrahētē in codē gradu, per vim. qđ metus, vel coactio excusat. vt.l. i. ti. de los. pues ya por ellos no qđo de hazer lo q̄ no deuiā, q̄ por esto no se escusen, a q̄ el ma- rido pueda acusar de adulterio, así ala mu- ger, como al adulter- ero, como si el matri- monio fuese verda- dero. & mandamos q̄ en estos tales q̄ así auemos por adulte- ros y en sus bienes se ejecute lo cōtenido en la ley del fuero de las leyes, q̄ hablā cer- ca de los q̄ cometan delicto de adulterio.

legitimū cōsensum, vt.c. si inter. i. respōso. de sponsa. Et si dicas, qđ dicta lex. 2. est abrogata p.l. 2. eo. tit. oppo. in ordina. respondeo hoc, esse quantū ad hoc, vt ma- ritus possit occidere adulterā, quod nō poterat per dictā le. 2. tit. de los adulter. fo. le. sed tu habes, qđ lex solutio. abrogata potest allegari quādō non corrigitur in to- tum. vt per Bal. in. l. i. §. fi. C. de latina liber tollen. di- xi plenē in. l. i. in parte. no se vse della. in fine supra. & idem sentit lex. 2. incipi. Si el pleyto. titulo. 4. li. 3. fo. juzgo. vbi tex. notāter dicit circa principium, qđ tunc sponsus potest accusare sponsam de adul- terio, quādō libenter contraxerūt, & sponsa recepit ab eo sp̄̄fō arras: qđ eas recipiēdo, videtur in spon- sum cōsentire. itaq; non cōsentiens in matrimoniu, videtur sentire, qđ nō possit accusari, quia taliter cōtrahentes non sunt vir. & vxor propter defectum consensus. Et ex hoc dicit tex. in. d. l. si vxor. in. infer. prin. qđ illa, quae vxor non est, non pōt de adulterio accusari. Et bene probatur ex. l. ista, quae sentit à cōtrario sensu, qđ sp̄̄fā de futuro nō potest de adul- terio accusari. vt dixi in glo. infra. proxima. à for- tiori accusari non poterit illa, quae vxor non est. ne infertur qđ sponsa, vt est illa, quae p̄ vim cōtraxit. Ex quo sequitur, qđ si vxor furiosa matrimoniu cōtraxit, & postea adulteriu cōmisit, qđ non posset de eo accu- KK 5 fari,

LEX OCTAVAGE SIMA PRIMA.

sati, etiam si adulterio commisso perueniat ad sanam mentem, quia furiosus ex defectu consensu contrahere non potest. vt cap. dilectus. cum simili. Extensis de sponsa. ¶ Idem dico in minore despontata per verba de præsenti: quia cum matrimonium non teneat præcise, nisi duodecimo anno completo, per c. de illis. de spon. &c. à nobis. de despon. impub.

Questio nō poterit accusari de adultere. ¶ Sed quid si superuenit consensus post adulterium, an possit accusari de eo. Dic vt notatur i argu. per glo. in d. cle. vna. de consanguini. & affini. in parte, scienter. ¶ Et vide ibi glossa. in parte, matrimonialiter, quæ dicit, quod coactus ad contrahendum cum consanguinea vel moniali, nō incurrit poena, de qua in d. cle. quod nota: z. ¶ De presente. Secus videtur in sponsa de futuro, quæ non dicitur propriæ vxor, præterquam in fauorabilibus. vt tenet docto. in rubri. de spon: sa. ¶ Sponsalia verò de futuro sunt spes futuri matrimonij, non matrimonium. vt l. i. & 2. ff. de sponsa. per doctores in dicta rubrica.

3 & ¶ Adulterio. Quid si vxor nō adulterauit, sed osculum tantum præbuit extraneo causa libidinis. nunquid osculans & osculata puniatur, & qua poena. vide glossam satis notandam in lege prima. ff. de variis & extraordi. crimi. & Bald. in lege. si quis non dicam rapere. secunda coluna. C. de episco. & cleri. & ea, quæ dixi in l. 2. in parte, besado. supra. & melius Bal. in c. tuq. de procura. vbi dicit, qd uxor perdit dotem non solum propter adulterium ab ea sponte commissum, sed etiam si absq; carnali copula suam pudicitiam violauerit osculo, vel amplexu luxurioso.

Adde. ¶ Sicut mulier dotem perdit propter adulterium, ita propter osculum, vel amplexum luxuriosum, vel tactum mammillarum. vt tenet Socinus in regula. 154. ¶ Vel si passa est aliter imponere manus ad eius pedes vel mammillas. ¶ Quod dictum commendat Felinus in cap. præterea. secunda coluna. de testibus. ¶ Et pro ista doctrina facit textus melior de iure, cum glossa sua. in capit. primo. quibus modis feudum amittatur. vsibus feudorum. vbi vassalus priuatur feudo per osculum, vel amplexum cum vxore domini, quemadmodum si committeret adulterium cum ea. ¶ Et est ratio, quia osculum & amplexus sunt præludia Veneris. glossa est singularis in lege. quanuis. la segunda. C. de adulte. secundum Angelum ibi. & in lege prima. glo. 3. ff. de extraordi. crimi. & in lege. quod ait lex. ff. de adulte. ¶ Et nota. quod licet mulier coniugata propter osculum vel amplexum libidinosum, vel si passa sit tractari, perdat dotem, vt dixi, non tamen punitur poena mortis, sicut propter adulterium. vt per glossam in dicta lege prima. ff. de extraordi. crimi. ¶ Perdit t̄ etiam dotem, si extra dominum viari pernoctauerit sine causa. tenet Angelus notanter in authen. de nuptiis. § minores. collatio. quar-

ta. est textus in lege finali. C. de repudiis. probat textus cum glossa in l. consensu. versicu. foris. eodem titulo. ¶ Perdit etiam arras & lucra habita constante matrimonio. ¶ Item bona paraphernalia, in quibus maritus habet commodum, & administrationem de voluntate mulieris. secundū glossam. in capit. plerunq; de donatio. inter virum & vxorem. quam reputat singularem Alexander in dicta lege. quanvis. in apostillis ad Bar. & Ludouicus Romanus singulari suo. 31. & Cardina. confilio suo. 11. colum. 2. melius per textum. in lege. §. titulo. 17. septima partita. in fine. de veritate cuius vi de ibi, & per Ioan. de Imo. & Alexand. in lege. cum mulier. la. 1. ff. soluto matrimonio. dixi in lege. 5. in parte, en juyzio. supra. Quæ t̄ dicantur bona paraphernalia mulieris, vide Bar. Bald. & Paulum de Ca. in lege. maritus. C. de procurato. per docto. in lege si. C. de pactis conuen. melius in l. 17. ti. 11. Extensis quarta partita. & quod amplius est: si probetur qd mulier iuit in balneum cum alio filio, perdit dotem. secundum glo. singularem in ca. non oportet. 71. di. pro qua est tex. melior de iure in dicta. l. si. C. de re pudiis. ibi dum dicit tex. libidinis causa. ¶ Quod intellige t̄ nō stantibus filiis, aliás secus: quia tunc bona perueniunt ad filios, non ad maritum. tex. est in authen. vt liceat matri & auia. §. si de adulterio. collatio. 8. & in lege. 1. ti. delos adulte. foro. le. ¶ Et etiam si filii sunt alterius matrimonij. est mirabile dictum Bal. in l. hac edicta. 2. col. C. de secundis nup. de quo dicto exclamat Floria. in disputatione sua. incipi. mulier primò viduata. & Fran. cremen. singulari suo. 86. & dicit istud dictum posse optimam ratione comprobari. quia quod quis non potest facere pacificando vel aliter alienando, non potest committere delictum vt alienetur. l. imperator. ff. de fideico. liber. vbi illud generale fecit Bald. in l. vni. ca. C. de conditio. ob causam. tu vide glo. & docto. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obli. quæ glo. est ordinaria & communiter approbata. sed tu habes tex. quæ hoc aperte dicit in l. 1. ti. 4. li. 3. fo. juzgo. ¶ Et nota. qd t̄ pendete lite super adulterio maritus tenetur facere expensas litis pro vxore. firmat notanter Specul. in titulo. de inquisitione. §. finali. Nota.

¶ Quod intellige quatenus sufficerent fructus de tis. quia ultra tales fructus maritus non tenetur. vxori facere expensas litis, quod reputo mirabile. if ta est doctrina solius Francis de Aretino. in capit. ex parte. fina. col. de accusatio. quæ omnia valde nota. quia sunt quotidiana.

3 Adde. ¶ Sponsa t̄ de futuro fuit per vir. in cognita, an possit sponsus compelli illum ducere in vxore. glo. dicit qd non. in c. raptor. 27. q. 2. ¶ Cognoscēs tamē virginē putur poena capit. l. si qd nō dicā rapere. C. de epis. scopis & cle. ¶ Quid t̄ dicēdum est de eo, qui rapuit osculum virginis inuitē, qua poena puniatur. Domi. Matthæ. de afflictionē Neapo. 276. mouet

mouet istam quæstionem: tandem concludit, q̄ pœna est arbitraria secūdū qualitatē personarū & facultatē. Tu adde, q̄ debet considerari etiam locus, & tempus iuxta formā tex. in. c. sicut dignū. de homicī. Corrūpens sponsam de futuro, an sit adulteri. vt possit puniri pœna adulteri. Felin. post Ant. & Ioan. de ana. in rubrica de spōsa. tenet q̄ non, sed pœna, de qua in. c. i. de adulteri. si corrumpt sponsam de presenti.

Summarium.

- 1 Maritus, qui occidit vxorem adulteram, quando perdit dote.
- 2 Maritus procurans immediatē, quod vxor ipsius adulterium committat, ut illam posset accusare, an perdat legatum ab ea factum.
- 3 Maritus denegans vxori alimenta, an perdat legatum ab ea factum.
- 4 Maritus expellens vxorem à domo sua sine causa, an perdat lucrum dote.
- 5 Maritus quando potest occidere vxorem adulterantē, & adulterum cum ea.
- 6 Maritus vel pater occidendo vxorem adulterantem, an pœcent?
- 7 Adulterium, quando sit punibile.
- 8 Testes super adulterio, quales debent esse.
- 9 Maritus propter adulterium vxoris, an lucretur dotem tam promissam, quam solutam,

El marido. Maritus occidens adulterū & vxorem adulteram non lucratur dotem, nec bona adulteri, nisi hoc faceret iudicis autoritate. hoc dicit. Nota, quia per istam legem approbatur opinio gl. in. c. inter hæc. 33. q. 2. & in. l. si hostibus. s. si vir. ff. soluto matrimonio. Et reprobatur opinio Bar. in. d. s. si vir, qui contrariū ibi tenuit. & contra Bar. estetiā tex. singularis in. l. interdū. s. qui furem. ff. d. furtis. vbi ille, qui propria authoritate dicit ius sibi, perdit premiū & comodū legale. qui tex. reditum singularis. secundū Lud. Rom. Pau. & Alex. in. d. s. si vir. de quo plenē per Bal. in. l. cum mulier. in repetitione. 14. oppo. ff. soluto matrimonio.

Et t̄ non solū dispositio istius legis
Addē. habet locū in casu, quo maritus pro priam occidit vxorē, verūtiam si procurauit, vel fuit causa immediata, q̄ vxor adulterū commisisset. nam si lege permittēt vxorem occidere, non haberet lucrū dotis, vel donationē sibi ab vxore factā. ar. tex. & quod ibi notat do. Abb. in. c. postulastis, de conceſ. præben. de quo notanter do. doct. de Pala. in repe. c. per vestras. de donatio. inter virū & vxorē. super rub. col. 417. in fine. ver. ex hoc maximē, cum sequenti. Idem t̄ si maritus non prouidet vxori de alimētis, vel aliis necessariis, ita

q̄ vxor moriatur, nā tunc nō debet aliquid lucrari. ita do. doc. de Pal. vbi supra co. 418. ver. amplia prædicta. Idē fētia si maritus expulit vxorē domo sua sine causa, quia tūc priuabitur lucro dotis, sicut si occideret. tenet Bal. in. l. i. s. si scimus. C. d. lati. libe. to. per tex. in. l. si ab hostibus. s. ff. soluto matribus. idē Bal. in. l. quod in vxorē. C. de nego. gestis. Et quod t̄ maritus possit occidere vrorē deprehensam in adulterio, & adulterantem cum ea, habes hic tex. cum quo concor. l. 2. tit. delos adulterios. ordina. & l. i. codem titu. foro. l. & l. i. & 4. titu. 4. foro juzgo. & l. i. 3. tit. 17. 7. parti. & l. i. quod ait. s. quod ait. ff. eodē. per qua iura non seruatur opinio Ang. nec iura per eum inducta suo maleficiorum tractatu in parte. Che me ay adulterato. l. & 2. col. qui contrarium tenuit. Et q̄ maritus possit occidere adulterū & adulterantem cū ea, est verum, etiā si adulter nō sit vilis persona, dum tamen vnum sine alio non interficiat. vt dixi in. l. supra proxima. Item procedit etiā si adulter sit iudex, vel habeat magistratum. probat tex. & ibi Bar. singulariter in. l. maritus. s. il. l. iud. ff. de adulte. vbi inquit loquendo in patre, q̄ pater potest interficere adulterū deprehensum cū filia, etiam si adulter habeat magistratum. Item Extēfia hoc procedit non solum si adulteri deprehendantur in adulterio tempore noctis, sed etiam si deprehendantur tempore diei. probat textus, qui loquitur indistincte & generaliter. in lege. marito. ff. de adulteriis. & in lege, capite quinto. ibi dū dicit. horas diurnas vel nocturnas. codem titulo. Nec obstat textus in. dict. l. Gracchus. ibi dum dicit, noctu deprehensum. quia illa verba non denotant ministerium facti. secundū Sali. in lege. quanvis. l. a. 2. C. de adult. Et nota, q̄ t̄ licet maritus possit occidere vxorem & adulterantē cum ea sine pœna, est verū in foro contentioso, secus in foro conscientię, vnde non excusatū à pœna maritus, vel pater qui eos occidit. gl. singularis hoc dicit in terminis in. c. inter hæc. & in cap. admonere. 37. quæstio. 2. quam glo. reputat singularem do. Abb. in. cap. interfecisti l. col. circa finem. de homicidio. & Iaso. in. l. vbi factum. 6. col. C. de transactio. & Imo. in lege. quid ergo. s. si hæres. de lega. 2. Contrarium probat text. an. c. si vero. el. l. in. s. ne ille. de senten. exco. vbi summus pontifex permittit laicis occidere clericum in adulterio deprehensum cū vxoribus, vel matribus suis. nō enim permetteret ius canonicum hoc homicidium, si in eo peccatū interueniret. Maximē, quia permittit occidere authoritatē propria, vt patet ibi. quia ius canonicum fundatur super ius diuinum. vt capit. qualiter & quando. el. 2. de accusatio. Item de iure diuino maritus potest occidere vxorē in adulterio deprehensam: quia codem iure adulteriū

LEX OCTAVAGESIMA TERTIA. xii

teriu est prohibitum. **V**Itē qā eodē iure poena adulterij est poena mortis. vt habetur Deutero. 22. cuius verba sunt ista. Si dormierit vir cū vxore alterius, vterq; moriatur adulter & adultera. Et idē dicitur Leui. 20. Si moechat quis fuerit cū vxore alterius, & adulteriu perpetrauerit cū cōiuge proximi sui, morte moriantur, & moech & adultera. Idē habetur in. c. criminis. 25. di. & in. q. quid in omnib;. 23. q. 2. et in. c. ceterū. 86. di. & c. qui despōsatā. & c. institutū. in. fi. 27. q.

solutio. 2. **T**Et responde ad Abb. & glo. quā alle-

gat in. d. c. interfecisti. illud quod ipse allegat ibi. quia dicit, q̄ maritus peccat occidēdo adulterū & adulterā deprehēsos in adulterio, nisi cōcessio sit rationabilis, & diuino iuri cōsonans: sed iuri diuino est cōsonans, q̄ adulteri occidātur, et vltimo suppli-
cio puniātur, vt supra est cōprobatū: & illud appa-
ret rationabile: quia maritus nec pater possint com-
pescere tā grauē iniuriā. vt per tex. in. d. l. gracchus.
& per glo. in. d. c. si vero. **V**Itē qā posset ex talī adul-
terio obuenire marito damnū, si vxor ipsius conci-
peret ex adulterio, & natus veniret ad successionē
eius, & ppter alia, quae dicit tex. in. l. i. ti. 17. 7. parti.

limita. **V**Si tñ occidens ultra executionē iustitiæ haberet
in occidēdo animū deprauatū, peccaret. q̄ a scriptū
est psalmo. 4. Irascimini, & nolite peccare. &c. Sed

7 quis est ille, & laudabimus eū? **T**Et nota, q̄ adul-

limita. teriu est punibile cū coniugata, si honestē viuat: se-
cū si inhonestē & luxuriosē more meretricis: quia
tunc licet adulteriu sit punibile ex parte mulieris,
non tamē est punibile ex parte adulteri. tex. est. &
ibi Ange. in. l. si ea quæ. & in. l. quæ adulterium. &
ibi Bal. & Sali. cōtra glo. ibi. C. de adulte. per docto.
in. l. vna. C. de raptu virgi. per Pau. de Ca. cōsi. suo.

limita. 307. **S**ecundō limitatur, si maritus acriter verbe
rauit vxorē, & ipsa propter severitatē mariti aufu-
git ab eo, quia propter talē fugā accusari nō potest:
quia præsumitur inimicitia capitalis inter eos. Ita
singulariter cōsuluit Pe. de Ancha. cōsilio suo. 309.
Vide etiā plures casus per glo. & docto. in. c. pe.
de adulte. & in. l. 7. 8. & 9. titu. 7. 7. parti. & Ange.
suo malefi tractatu, in parte, che me ay adulterato.

8. **T**Itē nota. q̄ licet in causa criminali testes debēt

limita. esse omni exceptione maiores, & probationes de-
beant esse luce meridiana clariores. vt. l. sciant cun-
di. C. de probatio. cū simi. attamē in crimine adul-
terij admittuntur consanguinei & coniuncti ipsius
mariti, & sunt idonei & legitimi testes, & sufficiūt
saltē ad torturam. tenet Ludo. Roma. consi. suo. 451.

TAdde etiā in casu, quo maritus nō potest occi-
